

L. ANNÆI  
**SENECÆ**  
 TRAGOEDIA.  
**AGAMEMNON.**

ARGUMENTUM.

**A**treus fratri suo Thyestī liberos , partim assos , partim elixos , ignorantē dederat epulandos. Vivum Thyestes Atreum ulcisci non potuit , nūc excitatū ab Inferis , & Ægistho persuadet , ut , quemadmodum Clytemnæstram ad adulterii consuetudinem pertraxerat , etiam in mariti cædem inducat. Potitur votis impia umbra. Nam Agamemnonem à Troja vietorem , domi reducem , in ipso convivio , sinuosa sed impervia veste itretitum , uxor & adulter occidunt ; inox & Cassandra ab aris avulsam ; Elestram verò , quæ Orestem fratrem abscondebat , carceri obscuro mancipant.

INTERLOCUTORES.

THYESTES	CHORUS	AGAMEMNON.
CLYTEMNÆSTRA.	EURIBATES.	ELECTRA.
NUTRIX.	CASSANDRA.	STROPHIUS.
ÆGISTHUS.		

MA.

ACTUS

## ACTUS PRIMUS.

## THYESTES.

O Paca linquens Ditis inferni loca,  
 Adsum profundo rariari emissus specie,  
 Incertus utras oderim sedes magis.  
 Fugio Thyestes inferos, superos fugo,  
 En horret animus, & pavor membra excutit,  
 Video paternos, imò fraternalia lares  
 Hoc est vetustum Pelopea linum domus.  
 Hinc auspicari regium capitii decus  
 Mos est Pelasgis, hoc sedens alti toro,  
 Quibus superba sceptra gestantur manus.  
 Locus hic habenda curia: hic epulis locus.  
 Libet reverti, nonne vel tristes lacus  
 Incolere satius? nonne custodem Stygis  
 Trigemina nigris colla jactantem iubis?  
 Ubi ille celeri corpus evinctus rotæ  
 In se refertur; ubi per adversum irritus  
 Redeunte toties luditur saxo labor:  
 Ubi tondet ales avida fecundum iecur;  
 Et inier undas fervida exustus siti  
 Aquas fugaces ore decepto appetit,  
 Poenas daturus cœlitum dapibus graves.  
 Sed ille nostræ pars quota est culpa senex?  
 Reperamus omnes, quos ob infandas manus  
 Quasitor urna Cnossius versat reos.  
 Vincam Thyestes sceleribus cunctos meis:  
 Afratre vincar liberis plenus tribus  
 In me sepultis: viscera exedi mea.  
 Nes hactenus fortuna maculavis Parrem:

Sed

Sed majus aliud ausa commisso scelus.  
 Nata nefando petere concubitus jubet.  
 Non pavidus hausi dicta, sed cœpi nefas.  
 Ergo ut per omnes liberos irem parens  
 Coacta fatis nata fert uterum gravem,  
 Me patre dignum, versa natura est retro:  
 Avo parentem, (prō nefas) patri virum,  
 Natis nepotes miscui, nocti diem.  
 Sed sera tandem respicit fessos malis  
 Post fara demum sortis incestæ fides.  
 Rex ille regum, duxor Agamemnon ducum,  
 Cujus secuta mille vexillum rates,  
 Iliaca velis maria texerunt suis:  
 Post bina Phœbi lustra devicto Ilio  
 Adest, datus conjugi jugulum sua  
 Jam jam natabit sanguine alterno dominus:  
 Enses, secures, tela, divisum gravi  
 Ietu bipennis regium video caput.  
 Jam sceleræ propè sunt, jam dolus, rades, crux  
 Parantur epula: causa natalis tui  
 Ægypte venit, quid pudor vultus gravat?  
 Quid dextra dubio trepida consilio labat?  
 Quid ipse temet consulis, torques, rogas?  
 An deceat hoc te? respice an matrem decet.  
 Sed cur repente noctis astiva vices  
 Hiberna longa spatha producunt mora?  
 Aut quid cadentes detinet stellas polo?  
 Phœbum moramur, reddo jam mundo diem.

## CHORUS.

Anapæstici.

**O** Regnorum magis fallax  
 Fortuna bonis, in præcipiti

Dubio:

Dubioque nimis excelsa locas.  
Nunquam placidam scepera quietem;  
Cerumue sui tenuere diem.  
Alia ex alia cura fatigat,  
Vexatque animos nova tempestas.  
Non sic Libycis Syrtibus aquor  
Furit alter nos volvere fluctus:  
Non Euxini turget ab imis  
Commota vadit unda, nivalis  
Vicina polo; ubi caruleis  
Immunis aquis, lucida versat  
Planstra Bootes: ut præcipites  
Regum casus fortuna rotat:  
Metui cupiunt, metuique timent.  
Non nox illis alma recessus  
Prabet tutos; non curarum  
Somnus domitor pectora solvit.  
Quas non arces scelus alternum  
Dedit in præceps: impia quas non  
Arma fatigant: jura, pudorque  
Et conjugii sacrata fides,  
Fugiunt aulas: sequitur tristis  
Sanguinolenta Bellona manu,  
Quaque superbos urit Erynnis,  
Tumidas semper comitata domos:  
Quas in planum qualibet hora  
Tulit ex alto, licet arma vacento.  
Cessentque dols, fidunt ipso  
Pondere magna, ceditque oneris  
Fortuna suo, vela secundis  
Inflata notis, ventos nimium  
Timuerat suos; nubibus ipsis

Inserta caput turris pluvio  
 Vapulat austro; densa que nemus  
 Spargens umbras annosa video  
 Robora frangi Ferunt celsos  
 Fulmina colles, corpora morbis  
 Majora patent, & cum in pastus  
 Armenta vagos vilia currunt,  
 Placet in vulnus maxima cererix.  
Quidquid in altum fortuna tutit,  
 Ruina levat: modicis rebus  
 Longius ævum est felix, media  
 Quisquis turba parte quietus,  
 Aurâ stringit littora tutæ:  
 Timidusque mari credere cymbam,  
 Remoteras propiore legit.

## ACTUS SECUNDUS.

CLYTEMNÆSTRA,  
NUTRIX.

**Q**uid segnis animatuta consilia expetis?  
 Quid fluctuaris? clausa jam melior via est.  
 Licuit pudicos conjugis quondam toros,  
 Et sceptra casta vidua tutari fide.  
 periere mores, jus, decus, pietas, fides.  
 Et qui redire, cum perit, nescit pudor.  
 Da frana, & omnem prona nequitiam incita.  
 Per scelera semper sceleribus tutum est iter.  
 Tecum ipsa nunc evolve famineos dolos  
 Quod ulla conjux perfida, atque impossisti,  
 Amore cœco; quod novercales manus  
 Ausæ, quod ardens impia virgo face,  
 Phasiaca fugiens regna Thessalica trabe.

Fer-

Ferrum, venena, vel Mycena domo.  
 Coniuncta socio, profuge furtiva rate.  
 Quid timida loqueris furia, & exilium, & fuga;  
 Soror ista fecit, te decet majus nefas.  
 NUT. Regina Danaum, & inclivum Leda genus,  
 Quid tacita versas? quidve consili i potens,  
 Tumido feroce impetus animo geris?  
 Licet ipsa fileas, totus in vultu est dolor,  
 Proin quidquid est, da tempus ac spatiū tibi,  
 Quod ratio nequit, sāpē sanavit mora.  
 CLY Majora cruciant, quam ut moras possim pati,  
 Flamma medullas & cor exurunt meum:  
 Mistus dolori subdidit stimulus timor.  
 Invidia pulsat pectus: hinc animum jugo  
 Premit cupido turpis, & vinci vetat.  
 Et inter istas mentis obseſſæ faces,  
 Fessus quidem, & dejectus, & pessundatus  
 Pudor rebellat, fluctibus variis agor:  
 Ut cum hinc profundum ventus, hinc astus rapit.  
 Incerta dubitat unda, cui cedat malo.  
 Proinde omisi regimen è manibus meis:  
 Quocunq; me ira, quo dolor, quo spes feret,  
 Huc ire pergam: fluctibus dedi ratem.  
 Vbi animus errat, optimum est casum sequi.  
 NV. Cæca est temeritas, qua petit casum auctem.  
 CLY. Cui ultima est fortuna, quid dubium timet?  
 NV. Tuta est, latetque culpa, si pateris tua.  
 CLY. Perlucet omne regia vitium domus.  
 NV. Piget prioris, & novum crimen struis?  
 CLY. Res est profectò stulta, nequitia modus.  
 NV. Quod meruit, auget, qui scelus, scelere obruicit.  
 CLY. Et ferrum & ignis sapè medicina loco est.

Nv. Extrema primo nemo tentavit loco.

CLY. Capienda rebus in malis præceps via est.

Nv. At te reflectat conjugis nomen sacrum.

CLY. Decem per annos vidua respiciam virum?

Mv. Meminisse debes sobolis ex illo tue.

CLY. Evidem & jugales filia memini faces;

Et generum Achillem, prostitit matris fidem.

Nv. Redemit illa classis immota moras,

Et maria pigro fixa languore impulit.

CLY. Pudet, pigetque. Tyndaris cœli gemini;

Lustrale classi Doricae pepérit caput.

Revolvit animus virginis thalamos mea,

Quos ille dignos Pelopea fecit domo,

Cum stetit ad aras ore sacrilego pater

Quasi nuptriales, horruuit Calchas sua

Responsa vocis, & recedentes fatus.

O scelera semper sceleribus vincens dominus!

Cruore ventes emimus, bellum nece.

Nv. Sed vela pariter mille fecerunt rates.

CLY Non est soluta, prospero classis Deo.

Ejectis Aulis impias portu rates.

Sic auspicatus bella, non melius gerit.

Amore captæ captus, immorius prece.

Sminthea renuit spolia Phœbei ducis,

Ardore sacra Virginis jam tum furens.

Non illum Achilles flexit indomitus minis:

Non ille solus fata qui mundi videt,

In nos fidelis augur, in captias levis:

Non populus ager, & relucentes rogi;

Inter ruentis Gracia stragam ultimam

Sine hoste vicitus marcat, ac veneri vacat,

Reparatque amores: néve desertus foret.

APet-

A Pellice unquam barbara celebs torus  
 Ablatam Achilli diligit Briseida.  
 Nec rapere puduit è sinu vulsam viri.  
 En Paridis hostem ! nunc novum vulnus gerens  
 Amore Phrygiae vatis insensus furit:  
 Et post trophya Troica, ac versum ilium,  
 Capti maritus remeat, & Priami gener.  
 Accingere anime, bella non levia apparas:  
 Scelus occupandum est : pigra, quem exspectas  
 diem?  
 Pelopea Phrygiae scepera dum teneant nurus?  
 An temorantur virgines, vidua domi,  
 Patrique Orestes similis horum te mala  
 Ventura moveant, turbo quis rerum imminet.  
 Quid misera cessas? en adest natis tuis  
 Furens noverca pertuum, si aliud nequit,  
 Latus exigatur ensis, & perimat duos.  
 Misce cruorem, perde pereundo verum.  
 Mors misera non est commori cum quo velis.  
 NV. Regina frena remet, & siste impetus,  
 Et quanta tentas, cogita; victor venit  
 Asia ferocis, ultior Europa, trahens  
 Captiva Pergama, & diu viatos Phrygias.  
 Hunc fraude nunc conaris insana aggredi?  
 Quem non Achilles ense violavit fero,  
 Quamvis procacem torvus armasset manum,  
 Non melior Ajax morte decreta furens.  
 Non sola Danais Hector, & bello mora,  
 Non tela Paridis certa non Memnon niger:  
 Non Xanthus armis corpora immisis gerens:  
 Fluctusque Simois cade purpureos agens,  
 Non nivea proles Cygnus aquorei Dei,

Non bellicoso Thressacum Rhœso phalanx  
 Non picta pharetras, & securigeram manu  
 Peltata Amazon: hunc domi reducem parat  
 Mactare, & aras eadem maculare impia?  
 Ultrix inultum Gracia hoc facinus ferei?  
 Equos & arma, classib[us]que horrens fretum  
 Propone, & alto sanguine exundans solum  
 Et tota capta fata Dardanis domus  
 Regesta Danais comprise affectus truces,  
 Menti omque tibi mea ipsa pacifica tuam.

ÆGISTHUS. CLYTE-  
 MNÆSTRA.

**Q**UOD tempus animo semper ac mente horruis,  
 Adest profectò rebus extremum meis.  
 Quid terga vertis anime? quid primo imperi  
 Deponis arma? crede perniciem tibi.  
 Et dira saevos fara moliri deos.  
 Oppone cunctis vile suppliciis caput,  
 Ferrumque & ignes pectori adverso excipe.  
**C**LY. Ægisthe non est poena sic nato mori.  
**A**EG. Tun nos pericli socia, in Leda fata  
 Comitare, tantum sanguinem reddet tibi  
 Ignavus iste ductor, ac fortis pater.  
 Sed quid trementes circuit pallor genas,  
 Faciensque vuln[us] languido obtutus stupet?  
**C**LY. Amor jugalis vincit, ac flectit retro,  
 Remeamus illue, unde non decuit prius  
 Abire: sed nunc casta repetatur fides,  
 Nam ser a nunquam est ad bonos mores via:  
 Quem paenitet peccasse, poena est innocens.  
**A**EG. Quò raperis amens? credis aut sperat tibi  
 Agamen-

Agamemnonis fidele conjugium? ut nihil  
 Subesset animi, quod graves faceret metus:  
 Tamen superba & impotens flatu nimis  
 Fortuna magna, spiritus tumidos dares.  
 Gravis ille sociis stante adhuc Troja fuit:  
 Quid rere ad animum suapie natura irucem,  
 Trojan addidisse? rex Mycenarum fuit:  
 Venist tyrannus, prospera animos efferunt.  
 Effusa circa pellicum quanto venit  
 Turba apparatu? sola sed longè eminet,  
 Tenetque regem famula veridici Dei  
 Feresne chalami victa consortem iui?

At illanolet, ultimum est nupta malum,  
 Palam mariti possidens pellex domam.  
 Nec regna socium ferre, nec teda sciunt.  
 CLY. Agis the, quid me rursus in praeceps rapis,  
 Iramque flammis jam residentem excuas?  
 Permisit aliquid viator in captam sibi:  
 Nec conjugem hoc respicere, nec dominam deceat.

Lex alia solio est, alia privato toro  
 Quid quod severas ferre me leges viro  
 Non paritur animus turpis admissi memori?

Det ille veniam facile cui venia est opus.

ÆG. Ita est: paeisci mutuam veniam licet.  
 Ignota tibi sunt iura regnum haud nova,  
 Nobis maligni judices, aqui sibi,  
 Id esse regni maximum pignus putant.

Si quidquid alies non licet, solis licet.

CLY. Ignovit Helena: juncta Menelaus redit,  
 Quæ Europam & Asiam paribus affixit malis.

ÆG. Sed nulla Atridem Venere fariuvâ abstulit,  
 Nec cepit animum conjugi obstrictum sua.

Iam crimen ille querit, & causas parat.  
Nil esse crede turpe commissum tibi

Quid honesta prodest vita, flagitio carens,  
Vbi Dominus odit? sic nocens, non queritur.

Spartam ne repetes spreta, & à tanto viro,  
Parriásque sedes profuga? non dant exitum.

Repudia regum: spe metum falsa levas.

CLY. Delicta novit nemo, nisi fidus, mea.

ÆG. Non intrat unquam regium limen fides.

CLY. Opibus merebor, ut fidem pretio obligem,  
ÆG Pretio parata, vincitur pretio fides.

CLY. Surgit residuus pristinament. & pudor,

Quid obstrepis? quid voce blandiloqua mala,  
Consilia dictas? scilicet nubet tibi

Regum relictorege, generosa exuli;

ÆG Ecce cur aerida videor inferior tibi,

Natus Thyeste; CLY. si parum est, adde & nepos.

ÆG Auctore Phœbœ gignor, haud generis pudet.

CLY. Phœbum nefanda stirpis auctorem vocas?

Quem nocte subita frenare revocantem sua,

Calo expulisti? quid deos probro advocas,

Surripere doctus fraude genitales toros?

Quem Venere tantum scimus illicita virum,

Secede properè dedecus clara domus,

Asporta ab oculis, hac vacat regi ac viro.

ÆG Exilia mihi sunt haud nova, assuevi malis!

Si tu imperas regina, non tantum domo

Argisve cedo, nil moror jussu tuo

Aperire ferre peccus erumnis grave.

CLY. Signudem hoc cruenta Tyndari fieri snam?

Qui in vita peccat, debet & culpa fidere.

Secede mecum potius, ut rerum statum

Dubium ac minacem juncta consilia explicent.

## CHORUS

Anapæstici.

C Anite ô pubes inclyta Phœbum,  
 Tibi festa caput turba coronat;  
 Tibi virgineas laurum quartiens  
 De more cornas innuba fundit.  
 Surps Inachia, tu quoque nostros  
 Thebana manus comitare choros,  
 Queque Erasini gelidos fontes  
 Quaque Eurotam, queque virenti  
 Tacitum ripa biatis Ismenon,  
 Quam fatorum præscia Manto.  
 Sata Tiresia Latonigenas  
 Monuit sacris celebrare deos,  
 Arcus victor pace relatâ  
 Phœbe relaxa, humeroque graves  
 Levibus telis pone pharetras:  
 Resonéique manu pulsa citata  
 Vocale chelys nil acre velim;  
 Magnumque modis intonet altis.  
 Sed quale soles leviore lyra  
 Flectere carmen, simplex, lusus  
 Cum docta rinos Alusa recenset,  
 Licet & chorda graviore sones,  
 Quale sonabas, cum Titanas  
 Fulmine misso fregere Dei.  
 Vel cum monies montibus altis  
 Super impositi struxero gradus  
 Trucibus monstris: stetit imposta  
 Petion Ossa pinifer ambos  
 Pressu Olympus, ades ô magni

D S

Soror

## §8 L. ANNÆI SENECAE

Soror & conjux consors scepiri,  
Regia luno: tua te colimus  
Turba Mycena, tu sollicitum  
Supplexque tui numinis Argos  
Sola tueris: tubella manu  
Pacemque regis: tu nunc lauros  
Agamemnonias accipe victrix,  
Tibi multiforatibia buxo  
Solenne canit: tibi fila movent  
Docta pueræ carmine molli:  
Tibi votivam matres Graja  
Lampada jactant: ad tua conjux  
Candida tauri delubra cadit.  
Nescia aratri, nullo collum  
Signata jugo; tuque ô magni  
Nata tonantis inclyta Pallas,  
Qua Dardanias sapè petisti  
Cuspide turres: te permisso  
Matrona minor majorque choro  
Colit, & reserat veniente dea  
Templa sacerdos: tibi nexilibus  
Turba coronis redimta venit:  
Tibi grandævi lassique senes,  
Compoie voto reddunt grates,  
Libantque manu vinacrementa.  
Et te Trivia grata memores  
Voce precansur: in maternam  
Sistere Delon Lucina jubes,  
Huc atque illuc prius errantem  
Cyclada ventis; vunc jam stabilis  
Fixa terras radice tenet;  
Respuit auras, religatque rates.

Affuetæ

Assuerat sequi: in Tantalidos  
 Funera matris vixtrix numeras.  
 Stat nunc sisyphi vertice summa  
 Flebile saxum, & adhuc lacrymas  
 Marmora fundunt antiqua novas.  
 Colit impensa fæmina virque  
 Numen geminum, tisque ante omnes  
 Pater ac rector, fulmine pollens,  
 Cujus nutu simul extremi  
 Tremuere poli, generis nostri  
 Iuppiter auctor, cape dona libens;  
 Ab avusque tuam non degenerem  
 Respice prolem.  
 Sed ecce vasto concitus miles gradu  
 Manifesta properat signa latitia gerens.  
 Namque hasta summo lauream ferro gerit;  
 Fidusque regi semper Eurybates adest.

## ACTUS TERTIUS.

EURIBATES CLYTA-  
MNÆSTRA.

**D**Elubra & aras cœlitum, & patrios lares  
 Post longa fessus spacia, vix credens mihi,  
 Supplex adoro, vota superis solvui:  
 Telluris alium remeat Argolica decus,  
 Tandem ad penates vittor Agamemnon suos,  
**Cly.** Felix ad auræ nuncius venit meas,  
 Vbinam petitus per decem conjux mihi  
 Annos moratur? pelagus an ieras premit?  
**Evi.** incolumis, auctus gloria, laude inclitus.  
 Reducem expetit o litori impressit pedem  
**Cly.** Sacris colamus prosperum tandem diem,

Ergo

*Etsi propitios, atiamen lentoſ, deos.*

*Tu pande, vivat conjuſis frater mei,  
Et pande, teneat quas ſoror ſedes mea.*

*EV. Meliora votis poſco, & obteſtor deos.  
Nam certa fari ſors maris dubii vetat.*

*Vt ſparſa tumidum clasſis excepit mare,  
Ratis videre ſocia non potuit ratem.*

*Quin ipſe Atrides aq[uo]re immenso vagus,  
Graviora pelago damna, quam bellu tulit,  
Remeatque victor ſimilis, exigua trahens  
Lacerasque victor clasſe de tanta rates.*

*CLY. Quis fare, noſtras haſerit caſus rates,  
Aut qua maris fortuna diſpulerit duces?*

*EV. Acerba fatu poſcis: infauſtum jubes.  
Miscoere late nuncium: refugit loqui*

*Mens agra, tantis aequi in horeſcitur malis.*

*CLY. Exprome, clades ſcire qui refugit ſuas,  
Gravat timorem, dubia plus torquent mala.*

*EV. Ut Pergamum omne Dorica cecidit face,  
Divisa preda eſt, maria properantes petunt:  
Iamque enſe fessum miles exonerat latus:*

*Neglecta ſummas ſcuta per puppes jacent:  
Ad militares remus aptatur manus:*

*Omnisque nimium longa properanti mora eſt,*

*Signum recursus regia ut fulſit rate,*

*Et claralenum remigem monuit tuba,*

*Aurata primas prora ſignavit vias,*

*Aperitque eurus, mille quos puppes fecent.*

*Hinc aura primo lenis impellit rates,*

*Allapsa velis, unda vix tactu levis*

*Tranquilla zephyri mollis afflatu tremet,*

*Splendore que clasſe pelagus, pariter latet.*

levat

Invat videre nuda Troja littora;  
Invat relicti sola Sigei loca;  
Proferat juventus omnis adductos simul  
Lentare ramos: adjuvat ventos manu,  
Et valida nixu brachia alterno movet;  
Sulcata vibrant equora & laera increpant,  
Dirimuntque canæ caruleum spuma mare.  
Vi aura plenos fortior tendit sinus,  
Posuere tonsas: credita est vento rati:  
Fusisque transtris miles, aut terras procul,  
Quantum recedunt vela, fugientes nota;  
Aut bella narrat: Hectoris fortis minas,  
Currisque & empio redditum corpus rogo;  
Sparsum cruento regis Herceum lovem.  
Tum qui jacente reciprocus ludit salo,  
Tumidumque pano transfilit dorso mare.  
Tyrrhenus omni piscis exultat freta,  
Agitque gyros, & comes lateri adnatat,  
Anteire naves latus, & rursus sequi.  
Nunc prima tangens rostra lascivit chorus;  
Millesimam nunc ambit & lustrat ratem.  
Iam littus omne regitur, & campi latent,  
Et dubia patent montis Idaei juga.  
Et jam quod unum per vicax acies videt,  
Iliacus atra fumus apparet nota.  
Iam lassa Titan colla relevabat jugo,  
In astra jam lux prona, jam præcepit dies,  
Exigua nubes sordido crescens globo,  
Nitidum cadentis inquinat Phœbi jubar,  
Suspcta varius occidens fecit freta.  
Nox prima cœlum sparserat stellis: jacens  
Deserta venio vela, cum murmur grave

Majora

Majora minitans collibus summis cadit,  
Tractusque longa littus ac petra gerunt,  
Agitata ventis unda venturis tumeret;  
Cum luna subito conditur, stellæ cadunt,  
In astra pontus tollitur, & cœlum perit.  
Nec una nox est: densa tenebras obruit  
Caligo, & omni luce subducta fretum  
Cœlumque miscet: undique incumbunt simul,  
Rapiuntque pelagus, infirmo eversum solo  
Adversus Euro Zephyrus, & Boreæ Notus.  
Sua quisque mittunt tela, & infesti fretum  
Emoliuntur: turbo convolvit mare:  
Strymonius altas aquilo contorquet nives:  
Libycusque arenas austèr, ac Syrtes agit,  
Nec manet in austro fit gravis nimbis Notus:  
Imbre augeat undas: Eurus Orientem mouet,  
Nabaræa quatiens regna, & Eos sinus.  
Quid rapidus ora corus oceano exerens?  
Mundum revelli sedibus totum suis,  
Ipsoisque rupto crederes cœlo deos  
Decidere, & atrum rebus induci chaos:  
Vento resistit aestus, & ventus retro  
Æstum revolvit, non capit se se mare:  
Vndaque miscent imber & fluctus suis.  
Nec hoc levamen denique arumnis darum est  
Videre saltem, & nosse, quo pereant malo.  
Premunt tenebrae lumina, diræ Stygis  
Inferna nox est; excidunt ignes tamen,  
Et nube dirum fulmen elisa micat,  
Misericisque lucis tanta dulcedo est mala;  
Hoc lumen optant, ipsa se classis premit,  
Et prora prore nocuit, & lateri latus:

IBam

Ille de hiscens pontus in praeceps rapit,  
Hauritque, & alto redditam revomit mare,  
Hac onere sidit: illa convulsum latus  
Summitit undis: fluctus hanc decimus regit:  
Hac lacera, & omni decore populaio levis  
Fluitat; nec illi vela, nec ionsa manent:  
Nec rectus altas malus antennas ferens,  
Sed truncata tota puppis Iouio natat.  
Nil ratio & usus audet, ars cessit malis  
Tenet horror artus, omnis officio stupet  
Navita relicto, remus effugit manus:  
In vota miseros ultimus cogit timor,  
Eademque superos Troes & Danai rogant.  
Quid fata possunt? inuidet pyrrhus patri,  
Ajaci Ulysses, Hectori Atrides minor,  
Priamo Agamemnon: quisquis ad Trojam jacet  
Felix vocatur: cadere qui meruit manu,  
Quem fama servat, victa quem tellus premit.  
Nil nobile ansos pontus atque unda ferent?  
Ignava fortis fata consumment viros?  
Pudenda mors est, quisquis es nondum malis  
Satiate tantis cœlitum, tandem tuum  
Numen serena: cladi bus nostris daret  
Vel Troja lacrymas: odia si durant tua,  
Placetque mitti Doricum exitio genu:  
Quid hos simul perire nobiscum juvat,  
Quibus perimus? fistule infestum mare.  
Vehit ista Danaos classis, & Troas simul.  
Nec plura possunt: occupat vocem mare.  
Ecce alia clades, fulmine irati Iovis  
Armata Pallas, quidquid aut hastaminax,  
Aut Ægide, aut furore Gorgoneo potest,

Aut igne patrio tentat; & calo nova  
Spirant procellæ. solus invictus malis  
Luctatur Ajax: vela cogentem hunc sua  
Tenso rudente flamma perstrinxit cadens.  
Libratur aliud fulmen: hoc toto impetu  
Certum reducta Pallas excussit manu,  
Imitat parrem: transit Ajacem, & ratem,  
Ratisque partem secum & Ajacem tulit.  
Nil ille motus: ardua ut cantes salo  
Ambitus extat, dirimit insanum mare;  
Fluctusque rumpit pectore, & navem manie  
Complexus in se traxit, & cœco mari  
Collucet Ajax: omne resplendet fretum.  
Tandem occupata rupe, furibundum intonat,  
Superasse nunc se pelagus, atque ignes: juvat  
Vicisse cœlum, Palladem, fulmen, mare.  
Non me fugavit bellici terror Dei:  
Et Hectorem una solus, & Martem iulit  
Phœbea nec me tela pepulerunt gradu;  
Cum Phrygibus istos vicimus: tandem horream  
Aliena interti tela mitti dexteræ?  
Quid si ipse mittat; pluram cum auderet furens,  
Tridente rupem subruit pulsam pater  
Neptunus, imis exerens undis caput,  
Solvitque montes; quem cadens secum tulit;  
Terraque & igne victus & pelago jacer.  
Nos alia major naufragos pestis vocat.  
Est humilis unda, scrupulis mendax vadis,  
Vbi saxa rapidis clusa vorticibus regit  
Fallax Caphareus: astuat scopulis fretum,  
Fervetque semper fluctus alterna vice:  
Arx imminet prærupra, qua spectat mare

Vtrin-

Verimque geminum: Pelopis hinc oras tui,  
 Et Isthmon, arcto qui recurvatus solo  
 Ionia jungi maria Phryxeis vetat;  
 Hinc scelere Lemnon nobilem; & hinc Chalcida:  
 Tardamqueratibus Aulida: hanc arcem occupat  
 Palamedis ille genitor, & clarum manu  
 Lumen nefanda veriice è summo efferens,  
 In saxa ducit perfida classem face.  
 Harent acutis rupibus fixæ rates :  
 Has in opis undæ brevia comminuunt vada;  
 Pars vehitur hujus, prima pars scopulo sedet ;  
 Hanc alia retro spacia relegeniem ferit,  
 Et fracta frangit ; jam timent terram rates ,  
 Volvuntque maria ; cedit in luctum furor.  
 Postquam litatum est , Phœbus in lucem reddit,  
 Et damna noctis tristis ostendit dies.  
 CLY. Verumne doleam , later an reducem virum  
 Remeasse? lator: vulnus at regni grave  
 Lugere cogor , redde jam Grajis pater,  
 Altisona quatiens regna , placatos deos.  
 Nunc omne lata fronde veletur caput:  
 Sacrifica dulces ibia effundat modos :  
 Et nivea magnas victimæ ante aras cadat.  
 Sedece turba tristis , incompta comas,  
 Iliades adsunt: quas super celso gradus  
 Effrena Phœbas enheas lauros quatit.



## CHORUS CASSANDRA.

Versus chori ambici, dactylici, jambici, trochaici,  
sapphici, anapæstici, acatalecti & catalecti,  
scazonates, mirificè inter se  
permixti.

**H**eu quād dulce malum mortalibus additum  
Vita dirus amor: cum pateat malis  
Effugium, & miseros libera mors vocet,  
Portus aeternā placidus quiete!  
Nullus hunc terror, nec impotens  
Procella fortuna movet,  
Aut inqui flamma tonantis.  
Pax alta nullos civium cætus  
Timet, aut minaces victoris iras;  
Non maria asperis insania coris,  
Non acies feras:  
Pulvere amque nubem,  
Motam barbaricis equitum catervis:  
Non Urbe cum tota populos cadentes,  
Hostica muros popularie flamma:  
Indomitumque bellum, perrumpet omne  
Solus contempnor levium deorum.  
Qui vultus Acherontis atri,  
Qui Syga tristem non tristis videt,  
Audetque vita ponere finem,  
Par ille regi, par superiserit.  
O quām miserum est nescire mori!  
Vidimus patriam ruentem nocte funesta,  
Cùm Dardana recta Dorici raperent ignes.  
Non illa bello vieta, nec armis,  
Ut quondam Hercule accidit phæretra:

Quim

Quam non Pelei Thetidisque natus,  
 Charusque Pelida nimium feroci  
 Vicit, acceptis cum fulsis armis,  
 Fudique Troas falsus Achilles:  
 Aut cum ipse Pelides animos feroceſ  
 Sustulit luctu, celeremque saltu  
 Troades summis timuere muris.  
 Perdidit in malis extrellum decus,  
 Fortiter vinci, restitit annis  
 Troja bis quinis,  
 Vnus noctis peritura fato.  
 Vidimus simulata dona molis immensa:  
 Fatalis manus Danaum traximus nostras  
 Reduli dextra, tremuitque sapè  
 Imine in primo sonipes, cavernis  
 Conditos reges bellumque gestans:  
 Et licuit versare doles, ut ipsi  
 Raude sua capti caderent Pelasgi.  
 Sapè commota sonuere parmae,  
 Acutumque murinur percussit aurea  
 Tremuit male subdolo  
 Arens Pyrrhus Vlyssi.  
 Ecura metu Troica pubes.  
 Acros gaudet tangere funes:  
 Linc aquæ vigregis Astyanax:  
 Linc Æmonio desponsa rogo,  
 Dicunt turmas: hac femineas  
 Ne viriles.  
 Esta matres votiva ferunt  
 Munera divis, festi paires  
 Ideunt aras: unius tota est  
 Ultus in urbe.

*Et, quod nunquam post Hectores  
Vidimus ignes, laeta est Heeube.*

*Quid nunc primum dolor infelix,  
Quidve extremum deflere paras?  
Mænia diuīm fabricata manu,  
Diruta nostra?*

*Antembla deos super usta suos?  
Non vacat istis lacrymare malis.  
Te magne parens flent Iliades:  
Vidi, vidi senis in jugulo,  
Telum Pyrrhi vix exiguo  
Sanguine tingui.*

**C.** *Cohibere lacrymas, omne quæ tempus petet  
Troades, & ipsa vestr alamentabili  
Lugere gemitu funera: ærumna mee  
Socium recusant: cladibus questus meis  
Removete, nostris ipsa sufficiam malis.*

**CHO.** *Lacrymas lacrymis miscere juvat:  
Magis exurunt quos secreta  
Lacerant curæ: juvat in medium  
Deflere suos: nec enim, quamvis  
Dura virago patiensque mali  
Poteristantas fler et ruinas.*

*Non quæ verno nobile carmen  
Ramo cantat querula Edonis,  
Ityn in varios modulata sonos.*

*Non quæ tectis Bistonis ales  
Resident summis, impia duri  
Furia mariti garruia deflet:  
Lugere tuam poterit dignè  
Conquesta domum: licet ipse velit  
Clarus niveos inter olores,*

Istrum cygnus, Tanaimque colens  
 Extrema loqui: licet Alcyones  
 Ceyca sum finētu leviter  
 Plangente sonent cum tranquillo  
 Malè confisæ credunt iterum  
 Pelago audaces, fœtusque suos  
 Nido pavida titubante fovent.  
 Non si molles imitata viros  
 Tristis laceret brachia tecum,  
 Quaturritat turbaparenti  
 Pectore rauco concita, buxum  
 Ferit, ut Phrygium lugeat Atym.  
 Non est lachrymis Cassandra modus,  
 Quia quæ patimur vicere modum.  
 Sed cur sacraas diripis capiti insulas  
 Miseris colendos maximè superos reor.  
 Cas Vicere nostra jam metus omnes mala.  
 Evidem nec nulla calites placo prece:  
 Nec, si velint savire, quo noceant, habent.  
 Fortuna vires ipsa consumpsit suas.  
 Quæ patria restat? quis pater? quæ jam soror?  
 Bibere tumuli sanguinem, atque aræ, meum.  
 Quid illa felix turba fraterni gregis?  
 Exhausta nempe regiam miseri senis  
 Vacuam relieti, tōique per thalamos vident,  
 Pater Lacaenam, ceteras viduas nurus.  
 Tot illa regum mater, & regimen Phrygum  
 Fœda in ignes Hecuba, facorum novas  
 Expertæ leges, induit vultus feros:  
 Circa ruinas rabida latravit suas.  
 Troja superstes, Hectori, Priamo sibi.  
 CHO. Silet repente Phœbus, & pallor genas

Crebérque totum possidet corpus tremor,  
 Stere vita: mollis horrescit coma,  
 Anhela corda murmure inclusō fremunt,  
 Incerta nutant lumina. & versi retro  
 Torquentur oculi, rursus immires rigent:  
 Nunc levat in auras altior solito caput,  
 Gradiunturque celsa; nunc reluctanties parat  
 Reserare fauces: verba nunc clauso male  
 Custodit ore Manas impatiens Dei.  
**CAS.** Quid me furoris incitam stimulis novi,  
Quid mentis inopem sacra Parnassi juga  
 Rapitis? recede Phœbe, jam non sum iua.  
 Extingue flamas, pectori infixas meo.  
 Cui nunc vagor vesana; cui bacchor furens?  
 Iam Troja cecidit: falsa quid vates ago?  
 Vbi sum? fugit lux alma & obscurat genas  
 Nox atra, & aether abditus tenebris latet.  
 Sed ecce gemino sole præfulget dies,  
 Geminumque duplices Argos attollit domos,  
 Ida acerno nemora, fatalis sedet  
 Inter potentes arbiter pastor deas:  
 Timete reges, moneo, furtivum genus,  
 Agrestis ille alumnus evertet domum,  
Quid ista vecors tela fœminea manu  
 Districa præfert? quem petit dextra virum  
 Lacana culu ferrum Amazonio gerens?  
Qua versat oculos alia nunc facies meos?  
 Victor ferarum colla vexatus jacet,  
 Ignobili sub dente Marmaricus leo,  
 Morsus cruentos passus audacis leo,  
Quid me vocaris sospitem solam à meis,  
 Umbra meorum? te sequor tota pater

Troja

Troja sepulce, frater, auxilium Phrygum,  
Terraque Danaum, non ego antiquum decus  
Video, aut calentes ratibus exustis manus:  
Sed laceram membra, & saucios vinclo gravi  
Fortes lacertos, te sequor nimium citio  
Congresso Achilli Troile, incertos geris  
Deiphobe vulius, conjugis munus nova.  
Iuvat per ipsos ingredi Stygios lacus,  
Iuvat videre Tartari seu um canem,  
Avidique regna Ditis: hac hodie ratis  
Phlegetontis atriregias animas vehet,  
Vicit amque, vietricemque vos umbra precor,  
Iurata superis undare pariter precor,  
Reserata paulum terga nigrantis poli:  
Levis ut Mycenae turbaprospiciat Phrygum,  
Spectate miseri: fasta se volvunt retro.

Instant sorores squallidae  
Sanguinea jactant verbera,  
Fert lava semiustas faces,  
Ardentque pallentes gena,  
Ut vestis atri funeris  
Exesacingit ilia,  
Strepuntque nocturni metus,  
Et ossa vasti corporis  
Corrupta longinquo situ  
Palude limosa jacent.  
Et ecce defessus senex,  
Ad ora ludentes aquas  
Non captat, oblitus sitis,  
Mastus futuro funere.  
Exultat, & ponit gradus

Pater decoros Dardanus.

CH. Iam pervagatus ipse se fregit furore  
Caditque flexo qualis ante aras gradu  
Cervice taurus vulnus incisagerens.  
Relevemus artus entheos: tandem suos  
Victrice lauro cinctus Agamemnon adit,  
Conjuxque pariter obvios illi tulit  
Gressus: redisque juncta concordi gradu.

## ACTUS QUARTUS.

AGAMEMNON. CASSANDRA.

T Andem revertor sospes ad patrios lares.  
O cara salve terra: tibi tot barbara  
Dedere genios spolia: tibi felix diu  
Potentiss Afis Troja submisit manus,  
Cur ista vates corpus effusa, as tremens  
Dubia labat cervice? famuli attollite,  
Refovere gelido latice, jam recipit diem  
Mortente visu; suscita sensus tuos:  
Opianus ille portus arumnis adest.

Festus dies est. CAS. festus & Troja fuit.

AG. Veneremur aras. CAS. cecidit ante aras patre.

AG. Iovem precemur pariter, CA. Herculeum  
Iovem?

AG. Credis videre te ilium; CA. & Priamus simul.

AG. Hic Troja non est. CAS. ubi Helena est, Tro-  
jam puto.

AG. Ne metue dominam famula. C. libertus adest.

AG. Secura vive. CAS. mors mihi est securitas.

AG.

AG. Nullum est periculum tibimet. C. at magnum  
tibi est

AG. Victor timere quid potest? C. quod non timet.

AG. Hanc fidem famuli turba, dum excutiat Deum,  
Retinete, ne quid impotens peccet furor.

At te pater, qui saeva torques fulmina.

Pellisque nubes, sidera & terras regis,

Ad quem triumphi spolia victores ferunt,

Et te sororem cuncta pollentis viri

Argolica Iuno, pecore votivo libens

Arabumque danis, supplice & fibra colam.

## CHORUS GRÆCORUM.

Versus choriambici, jambici, sapphici,  
trochaici, dactylici, valde  
confusi.

**A**rgos nobilibus nobile civibus,  
Argos irata carum neverca,  
Semper ingentes educas alumnos,  
Imparem aquasti numerum deorum.  
Tuus ille bisseno meruit labore  
Adegì cœlo magnus Alcides:  
Cui lege mundi Iupiter ruptâ,  
Roscida noctis geminavit horas,  
Iussitque Phœbūm tardius celeres  
Agitare currus, & tuas lente  
Remeare bigas candida Phœbe,  
Retulitque pedem alternis nomen  
Stella quæ mutat, séque mirata est  
Hesperum dici; aurora movit

Ad solitas vices caput, & relabens  
 Imposuit senis humero mariti :  
 Sensit ortus, sensit occasus,  
 Herculem nasci, violentus ille  
 Noëte non una poterat creari.  
 Tibi concitatus substitit mundus,  
 O puer magnum subitare cœlum,  
 Te sensit Nemeus arcto  
 Pressus lacerto fulmineus leo :  
 Cervaque Parrhasis:  
 Sensit Arcadii populator agri :  
 Geminitque taurus Dicta linquens  
 Horridus arva.  
 Morte fœcundum domuit draconem,  
 Ketuitque collo pereunie nasci:  
 Geminosque fratres pectore ab uno  
 Tria monstra natos, stipite incusso  
 Fregit insultans: duxit ad ortus  
 Hesperium pecus,  
 Geryonis spolium triformis :  
 Egit Threicium gregem,  
 Quem non Strymonii gramine fluminis,  
 Hebrive ripis pavit tyrannus,  
 Hospitum dirus stabulis cruorēm  
 Prabuit savis, tinxitque crudos  
 Vleimus rictus sanguis aurige.  
 Vedit Hippolyte ferox.  
 Pectore è medio rapi spolium, & sagittas  
 Nube percussa Stymphalis alto  
 Decidit calo :  
 Arborque pomis fertilis aureis

Exiss

Extimuit manus insuetia carpi,  
 Fugique in auras leviore ramo:  
 Audivit sonitum crepitante flamma  
 Frigidus custos nescius somni,  
 Linqueret cùm jam nemus omne fulvo  
 Plenus Alcides vacuum metallo,  
 Tractus ad cœlum canis inferorum  
 Triplici catena, tacuit, nec ullo  
 Latravit ore, lucis ignota  
 Metuens colorem, te duce succidit  
 Mendax Dardania domus,  
 Et sensi arcus iterum timendos;  
 Te duce concidit totidem diebus  
 Troja, quot annis.

## ACTUS QUINTUS.

## CASSANDRA.

**R**Es agitur intus magna, par annis decem  
 Eheu quid hoc est? anime consurge, & cape  
 Pretium furoris: vicimus vieti Phryges.  
 Bene est, resurgis Troja, traxisti jacens  
 Pares Mycenæ, terga dat victor tuus.  
 Tam clara nunquam provida mentis furor  
 Ostendit oculis: video, & intersum, & fruor,  
 Imago visus dubia non fallit meos,  
 Spectamus: epula regia instructa domo,  
 Quales fuerunt ultima Phrygibus dapes,  
 Celebrantur; ostro lectus Iliaconitæ,  
 Meramque in auro veteris Assaraci trahunt:  
 Et ipsæ picta ueste sublimis jaceat.

Priami

Priami superbas corpore exuvias g̃rens.  
Detrahere cultus uxor hostiles jubet,  
Induere potius conjugis fida manu  
Textos amictus, horreo, aīque animo tremo.  
Regemne perimet exul, adulter virum;  
Venere fata: sanguinem extremæ dapes  
Domini videbunt, & crux Baccho incidet;  
Mortifera vincitum perfida tradet neci.  
Induta vestis exitum manibus negat;  
Caputque laxi & invii claudunt sinus;  
Haurit trementi semivir dextra latus,  
Nec penitus adigit, vulnere in medio stupet.  
At ille, ut altis hispidus silvis aper,  
Cum casse vincit, tentat egressus tamen,  
Arctatque motu vincla, & incassum furit:  
Cupit, fluentes undique cacos sinus  
Disicere, & hostem querit implicitus suum,  
Armat bipenni Tyndaris dextram furens,  
Qualisque ad aras colla taurorum prius.  
Designat oculis, ante quam ferro petat,  
Sic hic & illuc impiam librat manum.  
Habet, peractum est: pendet exigua mole  
Caput amputatum parte, & hinc truncocruor  
Exundat; illinc ora cum fremitu jacent.  
Nondum recedunt, ille jam exanimem petit,  
Laceratque corpus: illa fidientem adjurat.  
Vterque tanto scelere respondet suis:  
Hic est Thyeste natus, hac Helena soror.  
Stat ecce: Titan dubius emerito die,  
Suāe currat an Thyestea via.

## ELECTRA. STROPHIUS.

**F**uge ô paterna mortis auxilium unicum  
 Fuge, & calestes hostium evita manus.  
 Eversa domus est funditus, regna occidunt;  
Quis iste celeres concitus currus agit?  
 Germane vultus ueste furabor tuos.  
Quos anima demens refugis; externos fugis?  
 Domus timenda est: pone jam trepidos metus  
 Oresta: amici fida præsidia intuor.  
 ST. Phocide relicta Strophius, Elea inclynus  
 Palma revertor, causa veniendi fuit,  
 Gratari amico, cuius impulsu manus  
 Cecidit decenni Marte concussum ilium.  
Quanam ista lacrymis lugubrem vultum rigat,  
 Pavéique mœsta? regium agnosco genus,  
 Electra, luctus causa qualata in domo est?  
 EL. Pater peremptus scelere materno jaces.  
 Comes paterna quaritur natus neci.  
 Agistus arces Venere quasitas tenet.  
 ST. O nulla longi temporis felicitas!  
 EL. Te per parentis memoriam obtestor mei,  
 Per sceptraterris nota, per dubios deos,  
 Recipe hunc Oresten, ac piuum furtum occule,  
 ST. Etsi timendum casus Agamemnon docet,  
 Aggrediar, & te Oresta furabor libens.  
 Poscunt fidem secunda, at adversa exigunt,  
 Cape hoc decorum ludici certaminis  
 Insigne frontis, lavâ vietricem tenens  
 Frondem (virenti protegat ramo caput.)

Ec ista donum Palma Pisai iouis,  
Velamen eadem praefet atque omen tibi.  
Tuque o paternis assidens frenis comes,  
Condisce Pylade patris exemplo fidem,  
Vos, Gracia nunc teste, veloces equi  
Infida cursu fugite precipiti loca.

EL. Excessit, abiit, currus effreno impetus  
Effugit aciem, tutajam operiar meos  
Hostes, & alio vulneri opponam caput.  
Adest cruenta conjugis victrix sui,  
Et signa cædis veste maculata gerit:  
Manus recenti sanguine etiamnum madent.  
Vultusque præ se scelerata truculentif erunt.  
Concedam ad aras, patere me vittis tuis  
Cassandra jungi, paria metuentem tibi.

C L Y T E M N E S T R A,  
ELECTRA. ÆGISTHUS.  
CASSANDRA.

H Oftis parentis, impium atque audax caput  
Quo more cœtus publicos virgo petis?  
EL. Adulterorum virgo deseruit domum.  
CLY. Quis esse credat virginem? EL. gnatum tuam?  
CLY. Modestius cum matre. EL. pietatem doces?  
CLY. Animos viriles corde tumefacto geris,  
Sed agere domita feminam disces malo?  
EL. Ni forte fallor; feminas ferrum deces.  
CLY. Et esse demens te patrem nobis putas?  
EL. Vobis? quis iste est alter Agamemnon tuus?  
CLY. Indomita post hac virginis verba impia  
Regina

Regina frangam. EL. citius interea mihi  
 Tu vidua loquere, vir caret vita tuus :  
 CLY. Edissere, ubi sit gnatus, ubi frater tuus ?  
 EL. Exiit Mycenæ. CLY. redde nunc gratum mihi.  
 EL. Et tu parentem redde. CLY. quo latitat loco ?  
 EL. Tuto : quietus regna non metuens nova:  
 Iusta parenti satis, at irata parum.  
 CLY. Morieris hodie. EL. dummodo hac moriar  
 manus.

Recedo ab aris, sive te jugulo juvab  
 Mersisse ferrum, præbeo jugulum volens :  
 Seu more pecudum collare secari placet,  
 Intenta cervix vulnus exspectat euum.  
 Scelus peractum est : cædere respersam viri,  
 Atque absortam sanguine hoc dexteram ablue.  
 CLY. Consors pericli pariter, ac regni mei  
 Ægisthe gaudes ; gnata genitricem impie  
 Probris lacepsit ; abdiuum fratrem occulit.  
 AE. Furibunda virgo vocis infanda sonum,  
 Et aure verba indigna materna opprime.  
 EL. Etiam monebit sceleris infandi artifex,  
 Per sceleram nactus nomen ambiguum suis ;  
 Idem sororis gnatus, & patris nepos.  
 CLY. Ægisthe cessas impium ferro caput  
 Demetere ; fratrem reddat, aut animam statim  
 Abstrusa cœco carcere, & saxo exigat  
 Ævum per omnes torta pœnarum modos :  
 Referre, quem nunc occulit, forsan voleat  
 Inops, egens, inclusa pædore obſita,  
 Viduæ ante thalamos, exul, invisa omnibus,  
 Æthere negato, serò succumbet malis,  
 EL. Concede mortem. CL. si recusares darem.

Rudis

Rudis est tyrannus, mortis qui pœnam exigit;  
EL. Mortem aliquid ultra est? CL. vita, si cu-  
pias mori.

Abripi te famuli monstrum, & avectam procul  
Vitra Mycenæ; ultimo in regni angulo  
Vincite, septam nocte tenebrosi specus  
Ut inquietam virginem carcer domet.

At ista pœnas capite persolvat suos,  
Captiva conjux, regii pellex tori.

Trahite, ut sequatur conjugem erexitum mihi.  
CAS. Ne trahite, vestros ipsa præcedam gradus;  
Perferre prima nuncium Phrygibus meis  
Propero, repletum ratibus eversis mare,  
Captas Mycenæ; mille ductorem ducum,  
Vi paria fata Troicis tulerit malis;  
Perisse dono fæmina, stupro, dolo:  
Nihil moramur, rapite; quin grates ago,  
Jam jam juvat vixisse, post Trojanum juvat.  
CL. Furibunda morere. C. A. veniet & uobis furor.

F I N I S.

